

www.e-rara.ch

Eusebius captivus, sive, modus procedendi in curia Rom. contra evangelicos

Massari, Girolamo

Tiguri, 1597

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: III O 124

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-4139>

Epistola dedicatoria.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

NOBILITATE GENERIS, PIETAS

TE AC VIRTUTE PRAE-

*stanti viro D. Georgio a Dbyrn: in
Deutschkeisel, ad Hertxvualda,
&c. amico veteri & cha-
rissimo.*

CHRISTOPHORVS PEZELIVS
THEOLOGIAE DOCTOR
S. P. D.

HIRTVS est ante annos quadra-
ginta duos apud Oporinum Ba-
sileæ liber hic titulo ac nomine
Hieronymi Marij (quem Epito-
me Gesneri tamen Hieronymum Massarium
Vincentinum fuisse ait) Amplissimo Sena-
tui Reipub. Bernensis dedicatus.

Huius cū exemplaria nulla amplius su-
peressent, optârunt multi boni viri, vt typis
denuó exprimeretur, quôd tanquam in im-
pressa tabula, vna ex parte Antichristi cru-
delem tyrannidem: ex altera verô, Sancto-
rum Christi patientiam cōstantiamq; osten-

E P I S T O L A

dat: Deinde & totius Christianæ doctrinæ summam breuiter collectā, ac firmis rationibus roboratam complectatur, adeo ut nihil videatur reperiri posse, de quo Christi Ecclesia, & Antichristi Synagoga aliquot iam seculis inter se dimicent, quod in ea tanquam tabula, viuis coloribus non pingatur, expressis simul & sub oculos omnium subiectis aduersariorum moribus, ingenijs, artibus.

Forma autem tractandi ista, a foro & iudicijs Curiae Romanae sumpta est, atque ad hos fines sic descripta, ut aduersarij ipsi processum, quem contra fideles in religionis negotio sequuntur, cōtemplantes, si fieri possit, a nequitia & crudelitate revocentur: Fideles verò ad patientiam, tolerantiamque accendantur: Qui denique veritatis lucem nondum conspiciunt, eam hīc intueantur: & qui eam iam dudum norunt, in eadem confirmantur. Ipsa porro religionis Christianæ capita præcipua in hoc libro, velut in examine trutinantur, liberrimaque oratione declarantur, dum Eusebius de fide & religione coram Pontifice, eiusdemque collegio constantissimè differens, introducit, qui totum negotium Scripturæ sacrae auctoritate peragit, quæ merito primas in
eiusmo-

D E D I C A T O R I A.

eiufmodi controuerſij iudicandis partes ob-
tinet. Poſtea & Romanorum Epiſcoporum,
qui priſco æuo fuerunt, decreta in medium
profert, & regimen eorum quale fuerit, ex-
plicat. Multorum præterea conciliorum ſta-
tuta adducit, quæ ſine vlla tyrannide, tûm
puritatem, tûm vnitatem Eccleſiæ ſanctæ
defendebant. Antiquorum item doctorum
Irenæi, Tertulliani, Origenis, Cypriani, La-
ſtantij, Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini,
Chryſoſtomi, & aliorum ſententias recitat.
Pontificum denique Romanorum & Impe-
ratorum historias penè innumeras, breuiſ-
ſimè recenſet. Atque his omnibus testi-
monijs, tûm Chriſti religionem defendit, tûm
Papifticorum abuſuum, idololatriæ, & abo-
minationis originem: ac tyraunidis Romani
Pontificis ortum & progreſſum ita pateſa-
cit, vt qui hæc videre noluerit, in meridie lu-
men non videre dici poſſit.

Quanquam verò Medicum ſe fuiſſe au-
thor libri proſitetur, tamen prouocatum ſe
ab aduerſarijs ad ſcriptionem neceſſarijs de
cauſis acceſſiſſe commemorat. Nam cûm
Papifticam religionem, vtpote Chriſto ad-
uerſantem repudiaret, nullumque ſibi lo-
cum in Italia a Papæ tyrannide tutum eſſe
conſpiceret, & ſæuiſſima tormenta, quibus

EPISTOLA

fideles afficerentur, perhorresceret, patriam se deseruisse, altissimas totius Europæ alpes superasse, in Heluetiorum oram, & vrbes tanquam in ciuitates perfugij se recepisse ait. Quem discessum suum ab amicis quibusdam incusatum fuisse queritur, qui cum antea veritatem & ipsi agnouissent, mundi tamen illecebris irretiti, turpiter eam & fœdè coram frequenti populo abnegarint, eumque ad deserendam ipsorum exemplo religionem puriorem, tanquam hæreticam sollicitarint, flagitantes vt in Italiam se recipiens, in colloquium cum ipsis veniret. Quod cum metu insidiarum ipse recusaret, & multi nobiles ac præstantes viri, sinistra ex eo suspicarentur, quasi causæ suæ diffideret, de qua ad colloquium cum alijs venire nollet: laborem se hunc suscepisse affirmat, vt ratione fidei Christianæ omni exposita ostenderet, se congressum eorum vitasse, non quòd de fidei & confessionis suæ firmitate dubitaret, sed quòd vereri coactus fuisset, ne non syncera secum fide ab illis ageretur, qui iam quasi in faciem Christi conspuentes, veritatem abnegassent, atq; ad Pæpæ synagogam retrahere illum ex sinu Ecclesiarum Euangelicarum conarentur,

Hæc ipsdem penè verbis recitauī, quibus
author

DEDICATORIA.

author ipse in sua ad illustrem Senatū Ber-
nensem præfatione vsus est, cuius summam
breuiter repetendam esse iudicaui, vt in pri-
mo statim aditu Lector scopum, argumen-
tum tractandi modum, & occasionem scri-
pti huius in conspectu haberet.

Tuæ autem Nobilitati hanc editionē in-
scribere volui, vir stemmatis antiquitate, do-
doctrina, & omni virtutum genere ornatif-
sime: Primū, vt ostenderem, gratissimum
mihi fuisse, quod vir clarissimus, & vtrique
nostrū amicissimus D. Iacobus Monauius
salutem mihi ex te aliquoties nunciauit. Ex
quo liquidō cognoscere potui, te pristinam
tuam erga me beneuolentiam, constanter
retinere.

Deinde vt testatum facerem, vicissim me
cum summo amore & beneuolentia retine-
re memoriam veteris nostrę amicitię, quam
perpetuam inter nos esse cupio.

Postremō non ingratum tibi fore spera-
ui, si occasione editionis huius libri, in me-
moriā tibi reuocarem tyrocinia studio-
rum iuuenilium tuorum, in Vuittenbergen
si Academia cū domestico conuietū mihi
coniunctus, delectabar in primis lectione
Actorum, cōtinentium historias Martyrum
nostri seculi, quibus cognoscendis tantum

E P I S T O L A

studij impendebas , vt non contentus ad mensam illas legere , domi etiam in Musæo tuo earum lectionem repetere soleres , atq; ad eum vsu , imminente iam tristissima A-
cademiarum in Misnia dissipatione , volu-
men meum mutuó a me acciperes , & pace
mea tecum retineres: Quod quidem opto
etiamnum in bibliotheca tua extare tan-
quam monumentum veteris nostræ con-
iunctionis.

Nec veró dubito , te virum sapientem , in
hoc ipso libro , qui Eusebius captiuus inscri-
bitur , legentem , modum processus curiæ
Romanæ aduersus Euangelicos , animo &
oculis contemplaturum , & Ecclesiæ causa
ferió deploraturum esse , exempla similium
processuum , quibus pseudoeuangelici qui-
dam , multó sæuiores Pontificijs , iam a mul-
tis annis persecuti sunt , & magno cum de-
trimento Scholarum & Ecclesiarum adhuc
persequuntur viros pios & doctos , quos
Orthodoxos esse , & immotam verbi diuini
veritatem profiteri , negare non possunt , vt-
cunq; schismaticis nominibus eos deforma-
re , causamq; eorum prægrauare conentur.

Faxit Deus Opt. Max. vt iniquissimam
hanc contra Orthodoxos agendi sæuiendi-
que rationem , in Dei timore expendant , &
Christi

DEDICATORIÆ

Christi gloriam atque Ecclesiæ salutem magis, quàm vulgi applausum & affectus suos carnales spectent, & rationes sibi aliquando graues de his Deo reddendas seriò cogitent iuxta parabolam Christi & comminationem seuerissimam Matth. 24. & Luc. 12. Si dixerit malus seruus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, & edere, & bibere, & inebriari: Veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis & infidelibus.

Benè & feliciter vale, vir genere, pietate, & virtute verè nobilis, & hanc tui compellationem publicam, libriq; huius dedicationem in optimam partem accipe, & me,

quod facis, amare perge, Brema

mense Ianuario, Anno

Christi 1597.